Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38278
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

quae sup(er)bos & inmisericordes post hanc uitā uorat .,
Eleuans aut(em) oculos suos cum esset in tormentis · uidebat abraham
a longe & lazarū in sinu eius · & ipse clamans dix(it) pat(er) abraham
miserere mei · & mitte lazarū ut intinguat extremū digiti sui in aquam
& refrigeret linguam meam · quia crucior in hac flamma .,
·G· O quanta est subtilitas iudiciorum dī · o quam districte agitur bonorum ac etiam malorum
quę retributio ; Certe superius dictum ē ., Quia in hac uita lazarus cadentes micas
de mensa diuitis quaerebat · & nemo illi dabat ; Nunc de supplicio diuitis dicitur ·
quia de extremo digito lazari distillari aquā in ore suo concupiscit ., Qui ergo mense
·R· suae uel minima dare noluit · in inferno positus usq(ue) ad minima quaerenda p(er)uenit .,
Sed notandū ualde est · quid sit quod diues in igne positus linguā suā refrigerari p(et)it ;
mos quippe ē · sacri eloqui · ut aliquando aliud dicat · sed ex eodem dicto aliud innuat ·
Superius autem hunc sup(er)bū diuitem non loquacitati uacante dixerat ., sed sup(er)flue
conuiuante · neq(ue) hunc de loquacitate narrauit · sed cum elatione & tenacia de edaci
tate peccasse ; sed quia abundare in conuiuiis loquacitas solet · is qui hic male conuiua
tus dicitur ., Apud inferos grauius in lingua ardere perhibetur ; sed cum
graui ualde pauore pensandum est hoc quod sequitur .,
Et dixit illi abrahā ; fili recordare quia recepisti bona in uita tua & laza
rus similiter mala · Nunc aut(em) hic consolatur tu uero cruciaris .,
Ecce enim dō dicitur · recepisti bona in uita tua · Indicatur & diues iste boni aliquid
habuisse · ex quo in hac uita bona reciperet · rursumque dō de lazaro dicitur · quia
recepit mala profecto monstratur ., & lazarū habuisse malū aliq(uo)d quod purgaretur
sed mala lazari purgauit ignis inopię · & bona diuitis remunerauit felicitas transeuntis uitę .,
Et in his omnib(us) int(er) uos & nos chaus magnum firmatū ē · ut hi qui uolunt
hinc transire ad uos non possint · neque inde huc transmeare
Qua in re ualde querendū ē · quomodo dicatur · hi qui uolunt ad uos transire non pos
sint ; quia enim hi qui in inferno sunt ad beatorum sortē transire cupiunt · dubiū non ē ·
qui uero iam in beatitudinis sorte suscepti sunt · quo pacto dicitur · quia transire ad eos
qui in inferno cruciantur uolunt · sed sicut transire rep(ro)bi ad electos cupiunt · id ē ·
a suppliciorum suorum afflictione migrare · Ita ad afflictos atq(ue) in tormentis positos transire
iustorum ē · mente ire p(er) misericordiā eos uelle liberare · sed qui uolunt de beatorum sede ad
afflictos atq(ue) in tormentis positos transire non possunt · quia iustorum animę quā uis
in suę naturae bonitatē misericordiā habeant · iam tunc auctoris sui iustitiae con
iuncte tanta rectitudine constringuntur · ut nulla ad rep(ro)bos conpassione moueant
tur ; Sed postquā ardenti diuiti de se spes tollitur · eius animus ad propinquos